Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Iere

cationis sue dicit dominus. Et aufer
ri faciam eis. Et restituet in loco isto.

Factum est in loco isto in anno illo
in principio regni sedechie
regis iuda in anno quarto. in mense
quinto dixit ad me ananias filius
azur propheta de gabaon in domo
domini coram sacerdotibus. Et omni
populo dicens. Hec dicit dominus
deus exercituum deus israel. Contri
ui iugum regis babilonis. adhuc
duo anni dierum. Et ego referam ha
nc ad locum istum omnia vasa
domini que tulit nabuchodonosor
rex babilonis de loco isto. Et transtulit
ea in babilonem. et iechoniam fi
lium ioachim regem iuda. Et omnem
transmigrationem iuda qui ingressi
sunt in babilonem ego conteram
ad locum istum ait dominus. Con
teram enim iugum regis babilo
nis. Et dixit ieremias propheta
ad ananiam prophetam in oculis
sacerdotum. Et in oculis omnis pli
qui stabant in domo domini. Et ait
ieremias propheta. Amen. sic fa
ciat dominus. Suscitet dominus
verba tua que prophetasti ut reve
rtantur vasa in domum domini. Et
omnis transmigratio de babilone
ad locum istum. Verumtamen audi
verbum hoc quod ego loquor in au
ribus tuis. Et in auribus omnis po
puli. Prophete qui fuerunt ante
me. Et ante te ab initio. Et prophetaverunt super terras multas. Et super regna magna de prelio. Et de afflictione et de fame. Et propheta qui vaticinatus est pacem cum venerit sermo
nis eius tunc scietur propheta quem mi
sit dominus in veritate. Et tulit a
nanias propheta cathenam de collo
ieremie prophete. Et confregit eam
Et ait ananias in conspectu omnis
populi dicens. Hec dicit dominus
Sic confringam iugum regis baby
lonis nabuchodonosor post duos an
nos dierum de collo omnium gentium
Et abiit ieremia propheta in viam
suam. Et factum est verbum domi
ni ad ieremiam postquam confregit
ananias propheta cathenam de col
lo ieremie prophete dicens. Vade
et dices ananie. Hec dicit dominus.
Cathenas ligneas contrivisti. Et fa
ces pro cathenis ferreis. Quia hec
dicit dominus exercituum deus israel
Iugum ferreum posui super collum
omnium gentium istarum ut ser
viant nabuchodonosor regi babilo
nis. Et servient ei insuper. Et bestias ter
re dedi ei. Et dixit ieremias pro
pheta ad ananiam prophetam audi
anania non misit te dominus. Et fe
cisti populum istum iniqu
dando. Idcirco hec dicit dominus.
Ecce ego mittam te a facie terre. hoc
anno morieris. adversus dominum
enim locutus es.

Et mortuus est ananias p
pheta in anno illo mense vii.
et hec sunt verba libri que
misit ieremias propheta de ierusalem
ad reliquias senioribus transmigrationis. Et ad sacerdotes et ad prophetas